



*Uni Bamberg*

## **Willelmi II regis Siciliae diplomata**

**edidit Horst Enzensberger**

Bis zum Erscheinen einer gedruckten Ausgabe werden hier als Arbeitshilfe für die interessierten Kolleginnen und Kollegen die Texte mit den Vorbemerkungen im PDF - Format zur Verfügung gestellt .

Quellennachweis für dieses Dokument

<<http://www.hist-hh.uni-bamberg.de/WilhelmII/pdf/D.W.II.106.pdf>>

Bearbeitungsstand: 05/06/14

Zusätzlich empfiehlt sich ein Verweis auf die URL der Projektseite :

<<http://www.hist-hh.uni-bamberg.de/WilhelmII/index.html>>

### Indices

Personen: <<http://www.hist-hh.uni-bamberg.de/WilhelmII/personen.html>>

Orte: <<http://www.hist-hh.uni-bamberg.de/WilhelmII/orte.html>>

Sachen: <<http://www.hist-hh.uni-bamberg.de/WilhelmII/sachen.html>>

Literaturverzeichnis: <<http://www.hist-hh.uni-bamberg.de/WilhelmII/biblio.html>>



König Wilhelm II. gewährt den Johannitern auf Bitten des Großmeisters Roger de Molinis und des Priors Pontius des Hospitals in Barletta Befreiung von Abgaben, Stapel- und Verkaufsrechte nach dem Beispiel seiner Vorgänger Roger II. und Wilhelm I.

Palermo, 1178 April, ind. 12

Città del Vaticano, Archivio Segreto Vaticano, *Reg. Vat.* 22, f. 151v: Vidimus Innocenz IV. von 1252 April 10<sup>1</sup> [B] – La Valletta, National Library of Malta, Archives of the Order of St. John, Div. VII, Bull. E. f. 280 (verloren) [C] –

Editionen: Sebastiano PAULI, *Codice Diplomatico del Sacro Militare Ordine Gerolisomitano oggi di Malta*, Lucca 1733, vol. I, 227 nach C; DELAVILLE LE ROULX, *Cartulaire I*, 382-383 Nr. 562 nach B

Regesten: Enz. 127; B. 241 verzeichnet ohne nähere Angaben ein Deperditum nach der Bestätigung Konstanzes, damit dürfte allerdings eher D. 110 gemeint sein.

Der Regularkleriker Sebastiano Paoli (1684-1751)<sup>2</sup>, der 1730 als Fastenprediger nach Malta gekommen war, gewann die Gunst des Großmeisters Vilhena, der ihn zum Historiker und Theologen des Malteserordens ernannte. Die beiden Bände seines Urkundenbuchs erschienen 1733 und 1737 in Paolis Heimatstadt Lucca. Dafür konnte er noch Archivalien benutzen, die nach der Vertreibung des Ordens von der Insel durch die Engländer verloren gingen. Als mittelalterliche Überlieferung steht der Eintrag in einem Registerband des Papstes Innocenz IV. zur Verfügung [B], von dem die Johanniter mehrere ältere Dokumente vidimieren liessen. In B ist auch das Diplom Rogers II. überliefert, zu dessen Bestätigung D 106 beantragt worden war.

Die Echtheit von D Ro.II. 43 dürfte seit BRÜHL, *Urkunden und Kanzlei* 136- 142; BRÜHL, *Diplomi e cancelleria* 114-119 gegen die ältere Forschung (K. A. KEHR, *Urkunden* 337; WHITE, *Latin Monasticism* xx) nicht mehr zu bestreiten sein

Der Stil des Notars Alexander, von dem das Diplom nach Angabe der Corroboratio geschrieben wurde, ist unverkennbar, vgl. ENZENSBERGER, *Beiträge* 63 - 65. *donatione pontificum* erinnert an den Stil der Papsturkunden, aus der Vorurkunde Rogers – da von Dep. W. I. 47 kein Text überliefert ist, kann dessen Anteil als möglicher Vorurkunde nicht beurteilt werden – stammen Teile der Befestigungsklausel und die Abgabenbefreiungen, bei denen allerdings die Zweckbestimmungen beim Wasserrecht *pro animalibus suis* und beim Holzschlagrecht *usum ... pro suis domibus reparandis et aliis necessitatibus suis* fortgefallen sind. Das ist einerseits ein weiteres Argument für die Echtheit von D Ro.II. 43, da kein Fälscher Restriktionen von Rechten in seinen Text einbaut, andererseits ist das kein ausreichendes Verdachtsmoment gegen D 106, sondern eher ein Indiz für eine allgemeine Lockerung der Normen bei der Befreiung von Abgaben oder der Gewährung von Rechten.

Die wörtlichen Übernahmen aus D Ro.II. 43 (C. 111) sind durch Petitsatz gekennzeichnet, Auslassungen durch \*.

In nomine Dei eterni et salvatoris nostri Jesu Christi, amen. Willelmus divina favente clementia rex Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue. Inter collata

1 Berger 5690

2 Er gehörte dem von Giovanni Leonardi (um 1541 - 1609) in Lucca gegründeten Orden der Regularkleriker der Mutter Gottes (Ordo Clericorum Regularium Matris Dei) an, vgl. Carantonio ERRA, *Memorie dei religiosi per pietà e dottrina insigni della Congregazione della Madre di Dio*, Bd. 2, 282.

religiosis locis et domibus regia largitione subsidia, dignum maxime reputamus et pium quod locis, hospitalitati sancte dicatis, de munificentie nostre dono provenerit presertim cum non uni videatur erogata, que per hospitalitatis<sup>a</sup> gratiam in usus plurium certum est transitura. Multorum igitur comodis non est dubium provideri, cum eis ex charitate consulitur, qui eo dumtaxat voto et studio congregant, ut quecumque collegerint multis postmodum et maxime pauperibus dispersa proficiant. Inde est quod, cum frater Rogerius de Molinis, vita et religione spectabilis, simulque frater Pontius, prior Hospitalis Jerusalem quod in Barolo<sup>3</sup> constructum est, venissent Panormum<sup>b</sup> ad curiam nostram et instantius nostre celsitudini supplicassent, ut beneficiorum largitiones, que dominus rex Rogerius, avus noster felicitatis memorie<sup>4</sup>, et dominus magnificentissimus rex Willelmus, pater noster beate recordationis<sup>5</sup>, sacre domui Hospitalis Jerusalem per regnum nostrum pietatis intuitu contulit, auctoritatis nostre celsitudinis munimine roborare dignemur. Hinc ergo superne retributionis causa permoti et predictorum fratrum precibus obnixi inducti, libertatem herbarum, aquarum \* et \* siccorum lignorum ac viridum, \* plateatica etiam, que omnibus domibus Hospitalis prefati et hominibus earum in toto regno nostro, tam in terra quam in mari \*, et ut \* emere, vendere sive extrahere eis liceat, pia consideratio predictorum gloriosissimorum regum, avi et patris nostri recolende memorie, concessit, nos quoque concedimus et stabilitate perpetua confirmamus. Concedimus etiam prefate et sacre domui Hospitalis Jerusalem omnia dona tenementorum et casalium, que comes Robertus Borotel ob retributionem vite eterne tribuit et concessit, et tenementum casalis cum hominibus presentibus et futuris habitantibus in eodem, quod dicta domus Hospitalis apud Joam<sup>6</sup> possidet, et ut homines casalium Hospitalis liberi sint ab omni servitio seculari nec nobis vel nostris successoribus respondere de aliquo servitio teneantur nisi solummodo prefato Hospitali Jerusalem et fratribus ibidem militantibus Jhesu Christo. Confirmamus etiam et concedimus ipsi sacro Hospitali Jerusalem, pro honore et reverentia Jhesu Christi, ad salutem nostram presentem et perpetuam conservandam, pro debita et devota receptione et procuracione infirmorum et pauperum omnes domos et possessiones, tam intus quam extra civitates per regnum nostrum, quas iuste in presenti obtinet et in futuro iusto titulo possidebit. Volumus insuper, ut in Barolo et aliis civitatibus et villis regni nostri prefatum Hospitale Jerusalem domos habeat ad reponenda et conservanda omnia bona sua et vendendum pro utilitate et necessitate domorum. Et subsidium Terre Sancte, et quicquid prefate sacre domui Hospitalis Jerusalem in futurum pia collatione et donatione pontificum, nobilium et fidelium de regno nostro iuste fuerit attributum, firma, stabili et perpetua firmitate per presens privilegium in perpetuum

3 Barletta

4 C. 111 von 1136 Oktober 10 = D Ro. II. 43

5 Dep. W I. 47

6 Gioia del Colle

communimus et confirmamus nec aliquis magnus vel minor, nobilis vel ignobilis \* de aliquibus rebus vel possessionibus, quos dictum Hospitale Jerusalem in regno nostro tenet, sine iudicio vel iustitia dissassire presumat. Ad huiusmodi autem regie concessionis et donationis memoriam et inviolabile firmamentum presens privilegium per manus Alexandri, nostri notarii, scribi et bulla plumbea nostro typario impressa iussimus roborari, anno, mense et indictione subscriptis.

Datum in urbe felici Panormi per manus Gualterii, venerabilis Panormitani archiepiscopi, et Mathei, regii vicecancellarii, et Bartholomaei Agrigentini<sup>c</sup> episcopi, domini regis familiarium, anno dominice incarnationis M C LXX VIII, mense Aprilis, indictione XII, regni vero domini nostri Willelmi, dei gratia magnifici et gloriosissimi regis Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, anno XIII, feliciter amen.

- 
- a hospitalitas *B*
  - b Panormium *Ed.*
  - c Aggrigentini *Ed.*